

Nominativo

A) Esercizio di traduzione dal latino

[1] Discipulus videtur magistro diligens esse. [2] Discipuli videbantur magistro diligentes fuisse. [3] Mihi videris sedulus non esse. [4] Tibi videris sedulus esse. [5] Tibi videor diligens non fuisse. [6] Mihi videor satis diligens fuisse. [7] Marcus nobis videtur fortunatus esse. [8] Marcus sibi videbatur fortunatus esse. [9] Milites videntur duci pugnare cum virtute. [10] Milites visi sunt duci non pugnasse cum virtute. [11] Milites visi sunt duci strenue pugnaturi esse. [12] Milites sibi visi sunt pugnasse magna cum virtute. [13] Discipuli videntur magistro poetarum fabulas libenter lecturi esse. [14] Hostes videbantur duci mox perventuri esse. [15] Milites strenue pugnantes visi sunt duci victoriam consecuturi esse. [16] Mihi videmur magnam laudem consecuti esse. [17] Nobis videmini magnam laudem consecuturi esse. [18] Exploratores sibi visi sunt hostium signa videre. [19] Novae legiones senatui visae sunt conscribendae esse. [20] Consuli acies visa est quam primum instruenda esse.

[21] Magistro videtur discipulos diligentes laudare. [22] Senatui visum est Carthaginensibus bellum indicere. [23] Fabio non videbatur acie dimicare cum Hannibale. [24] Regulo visum est Romanis suadere ne pax cum Poenis fieret. [25] Mihi iustum videtur ancillas sedulas a domina laudatas esse. [26] Incredibile mihi videtur Hannibalem tantas copias per Alpes traduxisse. [27] Iniustum videtur omnibus bonos mala, malos bona fortuna uti (*godere, avere*). [28] Indignum hoc video videri omnibus. [29] Valde utile videbatur Marcum consulem fieri. [30] Magistro videtur discipulos studii pigere. [31] Duci videbatur milites taedere otii. [32] Ciceroni visum erat Catilinam delictorum suorum non paenituisse. [33] Mihi videtur illos homines infamiae suae non pudere. [34] Milites videntur duci belli pericula non timere. [35] Milites visi sunt duci belli pericula non timuisse. [36] Duci videtur fore ut milites belli pericula non timeant. [37] Discipuli visi erant magistro studere cum diligentia. [38] Discipuli videntur magistro studuisse cum diligentia. [39] Magistro videbatur fore ut discipuli studerent cum diligentia. [40] Nobis videtur facile haec discere. [41] Mihi videmini facile haec didicisse. [42] Magistro visum erat fore ut discipuli facile haec discerent.

[43] Discipuli saepe dicuntur neglegentes esse. [44] Milites dicebantur

strenue pugnasse. 45 Caesar iam adventare nuntiabatur. 46 Post pugnam Cannensem Hannibal putabatur mox Romam ipsam oppugnaturus esse. 47 Imperator dicebatur parum prudens fuisse. 48 Traditum est Socratem ab oraculo sapientissimum omnium salutatum esse. 49 Traditum est Alexandrum innumeras copias parva militum manu fudisse. 50 Traditum est numina saepe Romanis in bello adfuisse. 51 Dicendum est te prudentem non fuisse. 52 Putandum erat Hannibalem mox a Scipione profligatum iri. 53 Discipuli iubentur multos libros legere. 54 Milites iussi sunt gladios destringere. 55 Legati rem vulgare vetiti erant. 56 Ancillae sedulae quod iussae sunt libenter faciunt. 57 Post cladem Cannensem mulieres vetitae sunt in publico flere. 58 Helvetii a Caesare per provinciam iter facere prohibiti sunt. 59 Prohibitis Helvetiis per provinciam iter facere, Caesar legiones in hiberna reduxit. 60 Iussis aeneatoribus classicum canere, omnium animi intenti erant ad pugnam. 61 De amicis, ut mihi videris, non recte iudicavisti. 62 Responde, si tibi videbitur, ut tibi videbitur. 63 Matrona ancillas nimia, ut mihi visa est, severitate punivit. 64 Si ad probitatem nati sumus, ut philosophis videtur, ea sola mihi videtur expetenda esse. 65 Si Veios migrabimus, non reliquisse victores (predicativo), sed amisisse victi (predicativo) patriam videbimur.

66 Post cladem Cannensem servi, quod (= *cosa che*) numquam antea e-venerat, manumissi et milites facti sunt. 67 Scipioni divinum quiddam inesse existimabatur, adeo ut putaretur etiam cum numinibus habere sermonem. 68 Hannibal a Carthaginiensibus redire in Africam iubetur. 69 Caesar iussus est, dimissis exercitibus, ad Urbem redire. 70 In Alcibiade quid natura efficere possit videtur experta esse. 71 Illa res maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod et potentior et maior quam privatus existimabatur. 72 Timoleon tantum otium toti Siciliae conciliavit, ut conditor eius urbium videretur. 73 Atticus sic Graece loquebatur, ut Athenis natus esse videretur. 74 Proelio navali Hannibal praefuit paucis navibus, quas ex Syria iussus erat in Asiam ducere. 75 Aristides cum animadvertisset ignotum quendam in testa (= *sul coccio*, usato dai Greci per votare) scribentem ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur.

(da EUTROPIO e CORNELIO NEPOTE)

76 Nihil Germani nisi armati agunt. 77 Hannibal princeps (predicativo) in proelium ibat, ultimus conserto proelio excedebat. 78 Tum nullae leges erant, quia libido regum pro legibus habebatur. 79 Tuis litteris nihilo sum factus certior quo modo te haberes. 80 Plebs id more suo videbatur facere. 81 Oppidum Alesia nisi obsidione expugnari non posse videbatur. 82 Una castra iam facta ex binis videbantur. 83 De re tanta et a tam perito imperatore nihil frustra confirmari videbatur. 84 Hoc nobis quidem nulla ratione factum a Pompeio videtur. 85 Videbar mihi praeceptis amicorum non satis paruisse. 86 Videor sperare debere, si te viderim, omnes difficultates me facile laturum esse. 87 Si te habebō, non mihi videbor plane